



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Residentiæ In beneficijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

fundamenta dictæ decif. 266. quæ dum vult qualita-
tem clericorum attendi debere, non aduertit, quod
loquitur in fauorabilibus, & in casu nostro esset odium
quia haberetur pro clericali igitur, &c.

Retorquebatur etiam ratio styli, & vsus quinimo
3 nisi fieret mentio in curia de tali iure patronatus non
conferetur illi derogatum, vt in d. decif. Cassador.
ex quo inferitur non esse comprehensum, nisi vbi facta
esset mentio.

Quod autem derogetur tali iuri patronatus est
magis, quia solet Papa derogare iuri patronatus pro
medietate, & sic solet derogare parti laicorum, parti
autem clericorum derogare non est necesse, videtur
etiam Petr. de Anchar. in c. cum propter circa finem
de iure patronatus tenere, quod in fauorabilibus
vnum sequitur aliud, non habita distinctione, an prin-
cipales sint laici an clerici.

P R A X I S R E S I D E N T I Æ I N beneficijs.

R E S O L V T. CCCXCIV.

- 1 *Habens cappellaniam non tenetur ad aliquam residenti-
am, & illa dicuntur beneficia, quæ requirunt resi-
dentiam personalem, quæ ex statuto consuetudine, aut
privilegio illam requirunt.*
- 2 *Beneficium simplex circa ecclesiam cathedralem, vel
collegiatam non requirit residentiam.*
- 3 *Ex consuetudine generali obseruatur, vt etiam si bene-
ficia requirant residentiam, si tenuia sint derogetur
ex dicta consuetudine oneri residentie personalis.*
- 4 *Consuetudo seruendi per substitutum valet.*
- 5 *Consuetudo omnes ferè humanos actus interpretatur.*

An habens Cappellaniam teneatur facere residentiam.

- R**espondeo non teneri ad aliquam residentiam,
1 quoniam illa beneficia dicuntur requirere resi-
dentiam personalem, quæ ex statuto consuetudine,
aut privilegio illam requirunt iuxta doctrinam Inno-
cent. in cap. clericus de clerici. non resid. quem sequi-
tur Syluester in summ. verbo residentia, & probatur
ex text. in cap. 2. sels. 6. de reform. Concil. Trident.
2 de iure tamen hodie simplicia beneficia, prout est
cappellania circa Ecclesiæ cathedrales, vel colle-
giatas non requirunt residentiam ex text. in cap. gra-
tia de rescript. in 6. & in clemen. gratia eodem tit.
Innocen. in dict. cap. cum iam dudum de election. &
Lamber. vbi supra numero 4. & Oieda vbi supra par.
1. cap. 17. num. 26. & itidem consuetudine generali
idem est obseruatum, vt testatur Boer. in consil. 16.
3 numer. 17. ex gloss. in cap. cum omnes de constitu-
tionibus, & ibi doct. per tex. ibi, & gloss. in dict. cap.
dudum 2. de elect. tenent Host. Ioan. Andreas, &
Butrus in cap. ex parte de concessio. præbend. Abb.
in cap. tunc de cleric. non resident. & in cap. licet in-
fra de præbend. Imola in cap. ex tunc de cler. non
resident. Lapus allegat. 35. Selua de beneficio 4. par.
q. 2. per totam, vbi omnes inquirunt validam esse
talem consuetudinem, & Oieda vbi supra 2. p. cap. 1.
nn. 21. adeo vt etiam si de iure talia beneficia simpli-
cia requirerent residentiam, si tenuia sunt ex d. con-
suetudine derogatur onus residendi personaliter in-
eis, prout in processu est probatum, & tenet Lamber.
vbi supra n. 19. & 20. & Oieda in dict. tractat. de bene-
fic. compat. 1. p. cap. 15. num. 38. tom. 15. 1. p. tracta-
tum diuersorum doctor. & Selua in tractatu de be-
neficijs 4. p. q. 6. num. 1. versic. tertius casus est etiam
si talia beneficia tenuia essent curata, valeret con-
suetudo obtinendi plura eorum, secundum Oiedam,

vbi supra 2. par. cap. 11. numero 12. vbi in numero
13. quod tempus requiratur ad inducendam hanc
consuetudinem, & sic cum causa potest induci hæc
consuetudo in curatis, vt per Oiedam vbi supra.

1. part. capit. 27. numero 22. & latius in eadem 1.
par. cap. 13. numer. 33. versic. in hac tamen, vbi sic
concordant opiniones per eum ibi relatas numero
25. cum sequentibus, quæ adeo vera sunt, & pro-
cedunt, quod etiam stante dispositione Concil. Tri-
dent. cap. 17. sels. 24. de reformat. valeat talis con-
4 suetudo seruendi per substitutum secundum Na-
uar. in Manuali Latin. cap. 25. numer. 127. optimè
Cene. in collect. iur. 2. par. c. 150. num. 1. Oieda vbi
supra secunda part. c. 1. num. 24. cum seq. & idem.
voluit in 1. par. cap. 27. num. 24. & 26. vbi inquit non
valere consuetudinem, ne per substitutum seruiat,
imo, & quod plus videtur, quod etiam si testator in
fundatione cappellaniæ dicat, & disponat, quod con-
feratur vni, qui ibi quotidie missam celebret in cap-
pella, vel alio in loco, adhuc tunc consuetudine effi-
ci potest, vt per substitutum deferuntur secundum
Seluam in dicta 4. part. quest. 2. num. 3. Oiedam plu-
res allegantem vbi sup. 2. part. c. 1. num. 2. & 21. &
5 quia consuetudo omnes ferè humanos actus inter-
pretatur, & in eis attenditur, vt probatur in l. si fundus
ff. de emptionib. & per Oiedam, vbi supra 2. par. cap.
8. num. 13. folio 173. vbi allegat Gab. in suis com-
munibus opinionibus tit. de consuetudine conclus. 1.
& 2. plura cumulantem, & num. 14. dict. c. 8. ampli-
at hoc ipse Oieda, vt procedat etiam si talis consue-
do præscripta non sit, sed per aliquos actus obserua-
ta, vbi in cap. 11. nu. 13. inquit veriorum esse opinio-
nem iudicis arbitrio relinqui, quod tempus sit ne-
cessarium ad indulgentiam ad inducendam consue-
tudinem, in processu tamen nostro non solum in hac
cappellania, verum, & in alijs communiter habenti-
bus dictam clausulam, quod ibi quotidie per capel-
lanum in tali loco missa celebretur, probatum est ef-
fere consuetudinem seruendi per substitutum, & ad
hoc vidi quam plures dispositiones cappellaniarum
hæc dicentes, & in eis sicut in alijs omnibus probata
fuit dicta consuetudo, & præsertim vbi tennes erant,
quo casu inquit Lamber. vbi supra numero 20. quod
ipse obtinebat 37. beneficia patronatus.

R E S O L V T. CCCXCV.

- 1 *Si parochialis vnitur canonicatui, seu dignitati tenetur
canonicus deferuire per vicarium, qui vicarius dicitur
perpetuus beneficiatus.*
- 2 *Cura animarum pertinet ad vicarium, ac proinde ipse
debet residere.*
- 3 *Vicarius perpetuus dicitur rector curæ animarum, & cu-
ra actualis auferitur rectori, & transfertur in vica-
rium perpetuum.*
- 4 *Prioratum solum administrari per vicarium perpe-
tuum non dicitur beneficium curatum.*
- 5 *Quis dicitur habere curam animarum propter exercitiū.*
- 6 *Habens parochialem, in qua vicarium perpetuum legiti-
mè institutum obtinuit eo viuente non tenetur residere.*
- 7 *Vicarij perpetui habent verum titulum.*
- 8 *Vicarius perpetuus non potest remoueri, neque si rector
principalis moriatur.*

An rector parochialis habens vicarium perpetuum, cui
incumbit cura animarum teneatur residere.

- I**uxta dispositionem tex. in cap. extirpandæ §. fin.
de præbendis sancitum fuit, vt si parochialis vni-
tur canonicatui, seu dignitati teneatur canonicus
deferuire per vicarium, qui vicarius dicitur perpetuus
benefi-

- beneficiatus cap. ex parte de officio vicarij, quare fuit apud me dubitatum fitalis Rector teneatur ad residentiam, & respondi negativè, quoniam cura animarum non pertinet ad eum, sed ad vicarium, & proinde residere non tenetur, pro qua opinione facit, quod notanter voluit Vital. in Clem. 1. num. 24. de officio vicarij, vbi vicarius perpetuus dicitur rector curæ animarum, & cura actualis aufertur rectori, & transfertur in vicarium perpetuum, sequitur ibidem Abb. numer. 3. sequitur Nauar. consil. 21. numero 7. de clericis non residentibus Gonzalez glos. 5. §. 3. nu. 24. vbi voluit, quod cura animarum residet in actu penes rectorem, & proinde inferunt ex hoc non ipsum sed vicarium, in quem residet cura actualis teneri ad residentiam Caputaquen. in decif. 339. numero 35. Gonzalez glos. 6. numer. 98. infert ex hoc prioratum per vicarium perpetuum delerviri solitum non dici beneficium curatum, nec includi sub appellatione curati, nec parochialis, ex quo prior non adstringitur ad administranda Ecclesiastica sacramenta, sed dumtaxat vicarius perpetuus, vnde curam animarum, quis habere dicitur principaliter propter exercitium, vt eleganter affirmat Probus in additionibus ad Monachum in cap. super eo numero 17. de præbendis lib. 6. post Anchar. Card. & Abb. in cap. postulatit de præbendis, nec mirum cum auferatur actualis animarum cura a prioratu, & transferatur in vicarium perpetuum Philippus Probus vbi supra. Vitalin. in Clem. 1. §. ad hæc num. 26. de præbendis Nauar. consil. 21. incipit Ecclesiæ parochiali num. 7. de cleric. non resident. & per totum vbi tenet, quod neque etiam hodie post Concil. Trident. talis prior tenebitur exercere d. curam nec residere, sicut & antea, prout etiam Sacra Concilij Trident. Congregatio declaravit dicens.
- 6 Habens parochialem, in qua vicarium perpetuum legitime institui obtinuit, eo vivente residere non tenetur, pro quorum confirmatione facit, quod tales vicarij perpetui habent verum titulum cap. ad hæc, & Abb. idem de officio vicarij tex. & ibi glos. in d. Clem. 1. de officio vicarij Ioannes Nicola in tractatu de pluralitate beneficiorum cap. 1. num. 37. Gambarus de officio, & potestate legati de Latere lib. 6. tit. de dispensatione num. 10. & ita est tenendum quicquid in contrarium dicat glos. verbo tenere in d. cap. ad hæc. Hinc omnia iura loquentia de beneficijs curatis circa vacationem per executionem, per non promotionem, & de eorum ætate, locum habent in huiusmodi vicarijs perpetuis clem. vnica de officio vicarij, vbi præter alios latissimè Bonifacius Vitalinus Flam. Parisius de resignat. lib. 3. q. 1. numer. 115.
- 8 cum sequentibus, nec vicarius perpetuus potest remoueri etiam si rector principalis moriatur, vt in d. cap. ad hæc de officio vicarij Rebuff. vbi sup. num. 15. Alphonsus Oieda de incompatibilitate beneficiorum 1. p. c. 15. num. 12.

RESOLVT. CCCXCVI.

- 1 Beneficiatus moram trahens in curia ex præcepto Papæ dicitur iuste impeditus, et lucratur fructus sui beneficij.
- 2 Absens causa reipublicæ legitime excusatur a residentia, & habetur pro præsentem, & num. 5. & 6.
- 3 Utilitas publica præponderat priuata, & num. 8.
- 4 Absentia pro seruitio Regio semper censetur iusta.
- 7 Clericus, qui abest de licentia Papæ lucratur fructus sue præbendæ, & reputatur præsens num. 9.
- 10 Absens ex qualibet legitima causa præsens censetur.
- 11 Canonici, qui sunt in seruitio Episcopi censentur præsentem, & lucrantur fructus.

Non residens propter seruitia Pontificis, an gaudeat fructibus præbendæ.

- 1 Beneficiatus, qui moram trahit in curia ex præcepto Papæ iuste dicitur impeditus, & debet lucrari fructus sui beneficij in absentia cap. bonæ de postulat. prælat. vbi Cardinales, & cappellani Papæ illos percipiunt in absentia cap. cum dilectus, vbi Ant. de Buttr. Ioan. Andr. & Abb. de cler. non resid. & Laudent. in tract. de Card. verif. an Domini Boer. decif. 17. numer. 8. & 11. Salzed. in addit. ad Ber. & in hoc casu resoluit Abb. in dict. cap. cum dilectus numer. 3. in fi. & quod qui taliter abest satis dicitur abesse causa reipublicæ, vt in l. fed & si per prætorem in fine, & l. reipublicæ ff. ex quibus caus. maior. Afflic. decif. 289. numero 35. Menoch. consil. 99. num. 82. lib. 1. in quo præsupponit
- 2 Abbas, quod certissimum est, absentem causa reipublicæ, vel ob publicam utilitatem tanquam legitime impeditum excusari a residentia, & pro præsentem haberi, ita vt ei omnia debeantur, quæ præsentibus competunt. text. in l. si quis stipulatus ff. ex quibus caus. maior vbi glos. verbo eadem; Anna consil. 42. numero 19. & 20. lib. 1. vbi allegat Alberic. tract. statut. lib. 1. quæst. 184. numer. 2. l. si quis Titio l. Iulianus. §. final. dict. tit. ex quibus caus. maior, vbi Bar. Alberic. & alij, & percipit fructus eo, quod utilitas publica priuatæ præponderat cap. 3. de post. prælat. capit. licet de regular. cap. mutationes. 7. q. 1. Innoc. in c. de tuæ num. 3. de cler. non resid. Bart. in auth. de hered. & Falcid. num. 4. Paul. in l. de pupillo §. si quis riuos num. 3. & 4. ff. de noui oper. nunc. Nauar. consil. 6. de constit. num. 1. & absentia facta causa reipublicæ, vel alia iusta non nocet. Bart. & alij in l. fin. C. de integr. rest. Cephal. consil. 4. num. 4. lib. 1. Rebuff. in comment. ad l. Gallicas tit. de dilat. glos. vnic. num. 4. 5. & 8. sicut absentia causa reipublicæ non currit tempus a statuto præfixum in actione de dolo. non possunt, & ibi Bal. num. 1. C. de dol. & eodem modo tempus accusandi de adulterio, non currit absenti ob occupationes publicas l. ob commissam C. ad l. Jul. de adulter. Tirag. de retract. lignag. §. 3. num. 5.
- 3 Sicut est quando absentia est in seruitio Regis, quia semper pro legitima habetur, & ita absentia causa reipublicæ, vel ob Regis seruitium iusta est, vt quis restituatur in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, vt probatur per l. primam l. item qui reipublicæ l. abesse l. verum 12. §. ex facto ff. de minoribus, ibi velij, qui circa Principem sunt occupati l. pen. ff. ex quibus caus. maior. cum alijs eiusdem tit. tradit Alciat. respons. 311. num. 2. Perez. in l. 4. tit. 14. lib. 3. ordin. glos. 1. imo, quod plus est operatur idem, quod operaretur, si præsens esset, lex enim habet pro præsentem eum, qui ex causa publica, & Principis abest, vt tradit Menoch. consil. 99. incip. de re grauissima. numer. 82. lib. 1. Anna vbi proximè a num. 32. quia absens ex iusta causa non dicitur abesse capit. ex parte 2. capit. cum dilectus de cler. non resident. vbi addit. 2. ad Abbat. allegans. l. si quis ita ff. de condit. & demonstr. cap. vnico eodem tit. in 6. glos. in cap. de cætero eod. tit. Cardin. in clement. vt hi qui quæst. 9. de ætate, & qualitate Parif. consil. 31. num. 3. & 4. lib. 4. maximè tempore, quo
- 6 licentias habuit, nam præsens dicitur in loco, qui abest de superioris licentia, vt inquit glos. in l. hac lege verbo deductione, & ibi Platea C. de proxim. sacr. sermior. lib. 12. dicens, quod clericus, qui abest de licentia Papæ consequitur fructus præbendæ pro toto tempore absentia; Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 97. num. 7. & in doctore recedente cum licentia, quod habeat salarium Bal. in auth. habita. nu. 41. C. ne filius pro patre Anna supra num. 24. & seq.
- 7 Vltius, quia receptissimum est, quod in quacumque

8 que dispositione intelligitur semper excepta utilitas publica i. iubemus vbi Bald. C. de sacrosanct. Eccles. l. quis in graui. ff. ad Syllan. Salyc. in l. 2. C. de noxalibus. Gambar. de off. & potest. legat. lib. 7. num. 194. Sicul. conf. num. 7. lib. 3. & cap. 65. num. 3. lib. 4. & Regia, vt probatur l. iubemus C. de nauibus non excus. lib. 11. l. 1. C. vt nemo. liceat in empt. specierum, se excusare lib. 10. l. fin. C. de cursu publico. lib. 11. iuncta l. principali §. final. cum l. seq. ff. de nou. oper. nunciat. d. l. si quis in graui. §. vtrum vbi Bald. ff. ad Syllan. Afflict. decif. 289. num. 29. de Nigris ad cap. 228. Regni Neapol. de excus. reor.

9 Quod confirmatur cum etiam reputetur, pro præfente, & lucratur fructus clericis, qui abest pro negotijs Ecclesiæ licet statutum existat, quod obliget ad residendum, & ipse illud iurauerit, vt notat Abb. in cap. ex par. 13. de cler. non resident. n. 3. per text. ibi. & in cap. vnico eod. tit. lib. 6. & Guttier. tom. 1. canon. quest. cap. 1. n. 144. Anna, vbi supra num. 29. & 30. obstante reg. quam DD. colligunt, ex cap. ad nostram, 1. de iureiur. iuramentum scilicet debere verè, & in forma specifica adimpleri, quia fingitur præfens, & iuramentum non transgredi, vt post Beron. in cap. 1. num. 78. de vfur. & Selu. in tractat. de benef. par. 4. q. 6. num. 5. dicit Gomez. in explicat. Bullæ clausula 4. num. 28. & in proprijs terminis Nauar. conf. 8. n. 2. & alijs de cler. non resident.

10 Quod procedit etiam quando abest ex alia legitima causa, qua interueniente absentem semper finigimus præfentem l. questum. ff. de leg. 3. l. Seia §. Pamphilæ ff. de fundo instructo l. si quis Titio. ff. ex quibus causa maior. cap. cum dilectus de cler. non resident. l. testamento ff. de aliment. legat. Roman. confil. 264. n. 3. c. vnico de cler. non resid. in 6. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 43. n. 3.

11 Idem verificatur in canonicis, & clericis, qui sunt in seruitio Episcoporum, nam, & reputantur residentes, & lucrantur fructus capituli ad audientiam cum dilectus de cler. non resid. Nauar. confil. 1. num. 3. & consilio 2. num. 1. eod. tit. Anna d. num. 29. Selua d. quest. 6. num. 4. ad fin. Lopez in leg. 19. tit. 16. par. 1. gloss. 7. Rebuff. d. tit. de dispens. non resid. n. 3. & seq. Bald. in l. iuris peritos n. 3. de excus. tut. & Boer. dict. decif. 17. num. 12. Durand. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. n. 60. Angel. in summa verbo clericus el. 7. num. 2. Syluest. verbo residentiæ num. 7. Menoch. dicto conf. 99. n. 82.

RESOLVT. CCCXCVII.

- 1 Inquisitores hereticæ prauitatis habentur, vt præfentes in omnibus suis beneficijs, & dignitatibus.
- 2 Inquisitores huiusmodi absentes lucrantur distributiones quotidianas.
- 3 Adducitur Bulla Innocentij 3. ad fauorem horum inquisitorum.

Inquisitores hereticæ prauitatis non residentes lucrantur fructus eorum præbendarum.

1 Inquisitores hereticæ prauitatis habentur in omnibus suis beneficijs, dignitatibus, & præbendis, vt præfentes, & residentes, & percipiunt integros fructus suarum præbendarum simul cum distributionibus quotidianis, & priuilegio speciali fauore fidei eis concessio a Paulo 3. & Pio Quinto Pontificibus maximis, vt tradit Rojas de priuileg. inquisitorum numero 420. & in sing. 96. subdens huiusmodi priuilegium Apostolicum in Hispania maiestate Regia in suo supremo tribunali confirmatum esse, ita vt sine aliqua tergiversatione executioni mandetur, quod etiam adnotauit Spin. in Specul. testament. in gloss.

Aloys. Rucc. Praxis Pars III.

3. princip. num. 78. & Michael Martinez. de Villar. in 4. par. Del Padronado de Calatacub. num. 8. pag. 228. qui limitat, vt non competat prædictum priuilegium dictis Inquisitoribus obtinentibus beneficia, quæ vulgariter nuncupantur conductoria, vel seruitia qualia sunt (vt ipse ait) fere omnia beneficia, Archidiaconatus Calatacubij. Inquisitores inquam, vt ipse testatur, possidentes huiusmodi beneficia non recipiunt distributiones quotidianas in absentia, quod semel atque iterum pronunciarum extitisse affirmat, cuius doctissimi viri dictum apud me satis dubium est, per ea, quæ in numero sequenti notantur, vnde non solum huiusmodi priuilegium est concessum Inquisitoribus obtinentibus beneficia simplicia, aut dignitates, sed etiam habentibus beneficia curata, vt tradit Spino. in d. num. 58. vnde merito dubia mihi videtur doctrina Ceuallos in pract. q. 585. num. 21. asserentis dicta priuilegia Inquisitoribus concessa non extendi ad beneficia curata, si enim illa habeant, non lucrantur in absentia fructus, cuius contrarium verius esse, arbitror, nè ob hanc rationem illud sacrum Inquisitionis munus priuatur huiusmodi viris, qui magna cum laude apud Deum, & apud homines Ecclesiæ vniuersali mirifice deseruiunt.

2 Amplia hoc priuilegium, vt absens à Diuinis consequatur distributiones quotidianas optima ratione, fauore fidei consuetudine, & constitutione quam plurimum Ecclesiarum, & summorum etiam Pontificum decretis extensum est ad consultores, & ministros Sancti officij Inquisitionis, vt iis ministerijs, & officiis deseruiens lucratur omnes fructus prouentus, & distributiones suorum beneficiorum, ac si actualiter residerent, ipsi namque bono Reipublicæ, & Ecclesiæ quieti incumbunt quo pacatius, & quietius eorum industria, & labore viuamus in hoc seculo, & liberi ab incurribus inimicorum Sanctæ fidei Catholicæ, in cuius rei testimonium extat Bulla Innoc. VIII. Pontificis max. super hoc edita anno 1486. vbi fauore fidei concessit similem gratiam ipsis Inquisitoribus, & ministris Sanctæ inquisitionis sub horum verborum tenore.

Concedimus Inquisitoribus durante dicto officio, & quibus ipsi Inquisitores, & quinquennio tenere, secum, si contigerit eiusdem fidei, & officij consultores Procuratoribus, Promotoribus, Notariis, carceris custodibus, nunciis, siue cursatoribus, & alijs ministris pro huiusmodi officio exercitio opportunis, & teneri solitis eorum officia, & ministeria huiusmodi actualiter exercentibus, vt quamdiu huiusmodi eorum, imo fidei præfata officiis, & ministerijs insistent infra dictum quinquennium proximè futurum, fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum præbendarum, & dignitatum, & illorum ratione percipi solita quotidianas etiam distributiones anniuersaria, & alia emolumenta quæcunque nec non quos, quas, & quæ postquam officijs, & ministerijs huiusmodi operam dare ceperant hæcenus percipere poterant residendo, & interfessendo cum integritate, libere percipere, & exigere valeant, cum qua illos illas, & illa perciperent, & haberent si in Ecclesijs, siue locis huiusmodi personaliter residerent.

Quod priuilegium postea fuit extensum ad aliud quinquennium ab eodem Innocentio, vt patet ex litteris Datis Romæ 1. die mensis Iunij anni 1490. & similiter per Alexandrum sextum secundo die Ianuarij 1496. & iterum per eundem Alex. sextum 13. die Ianuarij 1501. & per Iulium secundum, die 16. Nouembris 1505. & iterum 24. Martij 1511. & denique per alios Pontifices successores fuit huiusmodi prorogatio confirmata, & extensa ad hæc, & maiora beneficia, & priuilegia, vnde cum dicta prorogatio, de inueterato stylo soleat concedi per Romanos

B. Ponti.

Pontifices, rectè proceditur per Dominos inquisitores ad istius privilegij oblationem, & executionem absque huiusmodi prorogationis ostensione, prout alias firmavit Rot. loquens de prorogatione remissionis apud Bellamer, par. 2. decis. 402.

RESOLVT. CCCXCIII.

- 1 Auditores Rotæ Romanæ non residentes habentur, ut præsentibus quoad lucrandas distributiones quotidianas.
- 2 Collector Generalis Camere Apostolicæ, subcollectores advocati procuratores fiscales, & notarii in causis spoliatorum eorum officio durante sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, & lucrantur distributiones quotidianas.

Auditores Rotæ Romanæ non residentes habentur pro præsentibus quoad lucrandas distributiones quotidianas.

- 1 **A**uditores Rotæ Romanæ consequuntur fructus, & distributiones suarum præbendarum in absentia, ac si actualiter resideant ex Bull. clem. 7. incip. conuenit, & tadt Lælius Zechius de repub. Eccl. cap. 11. num. 12. nec mirum quidem, quod eis hoc privilegium concedatur, sunt namque Domini auditores Corraf. in comment. libro secundo titulo 9. num. 56. optimè Gom. in proem. ad regul. cancellar. quæst. secunda versiculo 4. pro ista parte Marta, de tribunalibus vrbis cap. 3. ex num. 6. & ut alibi dixi merentur, ut his, & alijs privilegijs, & gratijs à Sede Apostolica concederentur.
- 2 Item collector generalis Camere Apostolicæ subcollectores advocati, procuratores fiscales, & notarii in causis spoliatorum, & iurium præfatæ Camere eorum officio durante non solum sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, ut patet ex literis Pauli Tertij, & Pij Quarti Greg. Decimi tertij, & Sixti V. & notat Thom. Zerola in praxi 2. par. §. exempti vers. 6. & quamvis id deneget idem Zerola in 1. par. §. exemptio, vers. 5. tamen lucrantur distributiones quotidianas in absentia, ut patet ex Bulla Sixti V. data Romæ in Monte Quirinali sub annulo piscatoris die 8. Maij 1590. sui Pontificatus anno 6. & in c. cum sicut accepimus ubi adest clausula huius tenoris concedentes eis, & eorum cuilibet eorum officio durante, quod omnes, & singulos fructus, ac distributiones etiam mere quotidianas quorumcunque beneficiorum, & præbendarum suarum, etiam si dignitates maiores post pontificales, vel officia in cathedralibus, vel Metropolitanis Ecclesijs etiam canonicatus insimul de iure consuetudine, vel sedis Apostolicæ indulto, & dispensatione quilibet eorum obtinuerit in absentia integre, liberè, & licitè percipere valeant.

RESOLVT. CCCXCIX.

- 1 Absens ex iusta causa dicitur præsens.
- 2 Qui casualiter abest abesse non dicitur.
- 3 Item abesse non dicitur, qui statim est reuersurus.
- 4 Non dicitur fractor carceris, qui animo redeundi recedit, & postea statim redit.
- 5 Qui parum distat à loco censetur esse in eodem loco.

Quis dicatur abesse ad effectum, ut non dicatur residere.

Absens ex iusta causa absens non dicitur, sed præses esse censetur cap. ex par. 2. cap. ad audientiam in fin. de cleric. non resident. cap. unico eod. tit. lib. 6. leg. quæstum. ff. de legat. 3. l. Scie. §. Pamphile ff. de fundo instructo. l. si quis Titio ff. ex quibus causis

maiores §. absentia eius, qui reipub. ceciderunt insit. de excusat. tutor. glos. in c. de cetero verbo in seruitio de cleric. non residentibus Calder. conf. 17. de præbendis Federicus de Senis conf. 246. Card. in clem. vt ij qui q. 9. de etate, & qualitate Paris. conf. 32. n. 3. & 4. lib. 1. Rom. conf. 263. sub num. 2. & conf. 264. num. 3. Nauar. conf. 8. num. 2. & 4. de cleric. non residentibus Mandos. in reg. Cancel. 16. q. 32. à num. 1. & in reg. 32. de impetran. benef. per obitum famil. Card. q. 2. per totam, & qui casualiter abest abesse non dicitur l. quæstum 78. §. fin. ff. de delegat. 3. leg. huiusmodi §. legatum ff. de legat. 1. l. 1. C. de verb. sign. l. heres institutus. l. generali §. vxori ff. de usufruct. legato cum adductis per Abb. c. Rodolphus n. 9. de rescript. Boerium de cif. 13. numero 51. vique ad fin. Salsed. in additione ad praxim Bernardi Diaz. capitulo 64. ex num. 27. Decium conf. 533. alias scripti num. 3. Mandosium, qui loquitur in terminis regulæ nostre conf. 18. numero 13. Et abesse non dicitur, qui statim est reuersurus l. postliminium §. captiuus l. nihil ff. de captiuis, & postlim. reuer. l. 3. ff. de diuortijs cap. diuortium de peniten. d. 3. §. Pannonum insit. de rerum diuisione cap. præfenti 34. §. item est, & ibi doctores de præb. in 6. cum aggregatis per Rebuff. de privilegijs scholiarum privilegio 23. per totum Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. ibi quoniam autem aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersi sunt Achil. de Grasis. decis. 13. num. 4. de privileg. Gomez in reg. de impetran. benef. vacan. per obitum famil. Cardin. quæst. 17. num. 6. Bald. in authen. habita. num. 21. C. ne filius pro patre Millius in repert. verbo præfens in loco, de quo etiam vide quod dicam inferius in q. 6. huius glosæ ex num. 162. & in breui reuerfa vxor diuersitè non videtur l. quidquid calore 48. in fine ff. de regul. iur. Ac proinde non dicitur fractor carceris, qui animo redeundi recedit, & postea breui tempore redit Hippolitus de Marfilijs in rub. de fideiusoribus num. 43. Auilefius in c. 18. prætorum in glos. verbo tenet n. 44. & alia plura huius sarrine cumulant DD. in locis superius citatis. Nec dicitur versum quod non durat versum leg. si pro parte 10. §. versum ff. de in rem verso glos. in c. ad noitram de regularibus, & in cap. illis de desponsat. impub. sic etiam licet, quis sit absens à diaccesi, tamen si sit in communi Patria Roma præfens esse dicitur l. nec non 28. §. si cum in provincia, & ibi not. Bart. ff. ex quibus causis maiores. Itidem qui parum distat à loco censetur esse in eodem loco, & habetur pro præfente l. nihil ff. de captiuis §. pannonum institut. de rerum diuiss. Gomez in reg. de impetran. beneficia per obitum famil. Card. q. 17. n. 1.

Et potius censetur persona esse ubi amat idest quod reditura est quam ubi animat; idest ubi de persona reperitur Bald. in authen. habita num. 21. in fin. C. ne fil. pro patre per tex. in l. 2. §. si. & in dicta l. nihil ff. de captiuis Simonet. de refer. q. 35. numero 14. Nec dicitur mutare sedem qui, non mutat mentem cap. dilectus de cleric. non Resident. Ancharanus in c. præfenti ante numer. primum versicul. hinc dicitur de præbend. lib. 6.

RESOLVT. CCCC.

- 1 Adducitur decisio Rotæ pro resolutione questionis.

Non sufficit causa non residendi, nisi etiam concurrat licentia superioris.

Patet supradictæ quæst. resolutio ex decis. Rotæ in vna Chartaginens. fructuum 29. Maij 1595. coram Seraphino cuius tenor est videlicet.

Fuit

Fuit resolutum fructus non deberi Decano, cum ei obstat exceptio non residentiæ, vt per Abbat. in cap. conquerente num. 4. de cleric. non resident. cum alijs allegatis in causa Caurienfi coram Orano, quibus accedit Concilium Trident. fefs. 24. cap. 12. §. præterea, quod maxime procedit in distributionibus quotidianis, quæ non dantur, nisi interessentibus diuinis officijs cap. primo de cleric. non resident. lib. 6. Abb. in cap. licet notab. 4. de præbend. Gemi. conf. 85. num. 18.

Neque obstat excusatio cum non allegetur infirmitas, neque corporis necessitas, vel euidens Ecclesiæ utilitas iuxta tex. in capitulo vnic. de cler. non resident. Ultra enim quod corporis necessitas debet esse rationabilis, & talis, vt dici possit iustum impedimentum, vt per Archidiaconum in dicto c. 1. & Prob. ibi. num. 25. quod cessare videtur, vbi negotium est tale, vt possit tractari per alias personas, puta procuratores, vt per Bar. in leg. sed. & si §. 1. quibus ex caus. maior. Bald. in l. eos §. Apostolos in princ. C. de appellation. Boer. decis. 43. numero 9. Aym. conf. 179. num. 9. in fin. & fuit alias dictum in vna Forolunienfi fideicommissi 21. Aprilis 1581. in qua noluerunt domini infirmitatis impedimentum excusare appellantes, qui nõ redierat pro apostolis, cum hoc possit fieri per procuratorem; requiritur etiam, vt cõcurrat licentia superioris, vt fuit decifum coram Plat. in vna Burgenfi residentiæ 4. Iulij 1586.

Non obstat quod in Salamantina censurarum coram me lis habita fuerit pro legitima causa absentie, & lucrandi fructus ea durante quia hoc procedit ex eo, quod litigabatur contra idemmet capitulum, quod denegabat dare fructus Canonico, seu Portionario; & ideo non debebat ex propria contumacia sentire commodum, quod vero dicitur de causa criminali patet forsan haberi pro iusta causa, sed hæc non probatur cum testes, qui deducuntur fuerint examinati nulliter in partibus lite in curia pendente, & non probant etiam talem criminalitatem, propter quam prohiberetur residere, & ideo conclusum fructus, de quibus agitur non deberi.

RESOLVT. CCCCC.

I Refertur alia Rotæ decisio quæstionem resoluens.

Abbas tenetur residere in collegiata, in qua est intitulus.

Respondeo quod sic, vt patet in decif. Rotæ Seraphini 1453. cuius tenor est. Cum iam in hac causa fuerit resolutum Abbatem teneri ad residentiam in collegiata, in qua est intitulus, & est caput, & fructus percipit ex dispositione iuris communis, & Sacri Concilij Trident. nec excusari ex eo quod fuerit ei assignata sedes in Cathedrali Domini consueverunt consequens esse, vt licet sit permiffum residere, & diuinis interesse in Cathedrali, non tamen ideo excusetur a residentiæ sua in collegiata ad effectum, vt non residendo lucretur fructus, & distributiones in absentia. Nam reuera Abbas non arctatur ad residentiam in Cathedrali, licet ibi habeat sedem honorariam sine aliqua fructuum participatione, quæ res arguit talem residentiam esse voluntariam, non autem necessariam prout est illa, quæ fieri debet in collegiata, in qua per erectionem fel. rec. Sixti V. constituitur caput, & assignatur ei quota fructuum, quorum ratione, tenetur omnino residere Abb. in cap. de multa num. 21. de præb. Ferret. conf. 32. num. 15. lib. 1. & huius rei signum est euidens, quod dignitates, quæ habent necessariam residentiam in Ecclesia compellantur residere per subtractionem fructuum, & alia remedia

Aloyf. Ricc. Praxis. Pars III.

a iure communi, & a Sacro Concilio tradita, quod non potest habere locum in hac sede honoraria Abbatis in cathedrali c. pen. & fin. de cleric. non residentibus, & cap. 3. fefs. 22. Concilij, & ideo in causa Burgen. residentiæ 3. Decembris 1593. coram Penia Rotæ voluit, vt videretur an dignitates Burgen. essent intitulatæ in Ecclesia Burgenfi, vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur necessitas residendi.

Nec obstat, quod sedis assignatio in cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi residendi, quia hæc est merè facultatiua, & voluntaria non autem necessaria residentia, nec obstat, quod qui duo beneficia residentiam requirentia ex dispensatione obtinet possit eligere in quo malit residere glos. in cap. non potest §. illud in verba retinere, & ibi Franc. nu. 5. & Gemin. n. 15. de præbend. in 6. quia id procedit vbi residentia in vtroque beneficio est necessaria, Abb. in c. extirpandæ §. quia verò num. 5. de præben. non obstat, quod ex dispositione statutorum antiquiorum Abbas non teneretur residere, quia nihil de hac re disponunt, & satis est, quod adfit dispositio iuris communis, quæ etiam renouatur per dispositionem fel. rec. Sixti V. in sua Bulla erectionis, quare conclusum fuit, Abbatem non residendo in collegiata non posse lucrari fructus.

RESOLVT. CCCCII.

I Adducitur decisio Rotæ ad resoluendam quæstionem.

An quodlibet beneficium requirat residentiam.

Respondeo Rotam in vna nullius beneficij 21. Maij 1604. coram Ludouifio tenuisse per verba sequentia.

Fuit conclusum beneficium non requirere residentiam, & sine ea Lucanonium lucrari fructus, licet enim de iure quodlibet beneficium requirat residentiam c. pen. de cleric. non residentibus c. ad hoc de præbend. generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò num. 31. de præb. cum alijs Mandos. in r. reg. q. 13. num. 8. Grafs. decis. 4. num. 3. de præb. beneficium autem, de quo est controuersia est simplex, vt præsumit Aegid. dec. 676. Rebuff. in praxi sub tit. sacul. benef. quotuplex num. 11. Staphil. de lit. gra. 2. p. tit. de qual. & stat. benefic. in princip. fuit decifum in vna Calaguritana Congruarum 16. Novembris 1572. coram Oradino, & sæpius in alijs, nisi aliud ex statuto consuetudine, vel priuilegio caueatur in hoc. in c. clerici de cler. non resid. ex breui autem, quod exhibetur non videtur probatum nec priuilegium, nec onus residendi, cum non constet breue habuisse effectum, & beneficium, de quo agitur esse de illis erectis ex sumptibus parochialis dismembratis.

RESOLVT. CCCCIII.

I An canonicus teneatur residere.

Episcopus non potest cogere ad personalem residentiam obtinentes beneficia simplicia.

Contraria consuetudine posset induci, vt beneficiarij simplices teneantur residere.

An canonicus teneatur facere residentiam.

Evit mihi quæsitum si canonicus teneatur residere, ego dicebam, quod si connumeretur canonicatus inter beneficia simplicia, tunc responsio pateret ex Innoc. & alijs pluribus, quos probat Azor. inffit. Moral. lib. 2. c. 3. toto. Garz. dict. par. 3. c. 2. num. 3. & sequente, vbi varias decifiones, & declarationes

R 2 Sacra

Sacra Congregationis citat, & innumeros Doctores, plura etiam notat Vasqu. cap. 4. de benefic. §. 2. art. 2. nu. 175. cum seq. nec Episcopus potest cogere ob-
 2 tinentes beneficia simplicia ad personalem residen-
 tiam, quia ex antiquissima totius Ecclesie. consuetu-
 dine non tenentur ad aliud, quam ad diuinum officium
 recitandum, & hoc declarauit Sacra Congregatio
 pluries, vt refert Garz. d.c. num. 8. & sequente.

3 Et licet possit consuetudine contraria, vel iure spe-
 ciali introduci, vt beneficiarij simplices teneantur ad
 residentiam, & cum dicto onere beneficiarij accipiat
 beneficium, vt post Felyn. in cap. dilectus lo 2. num.
 1. de rescript. Zerol. notat. Garz. dicto cap. 2. n. 11.
 & seq. vbi sic pluries decusum refert, nihilominus di-
 centi ad esse hanc obligationem residendi incumbit
 onus probandi, & ita bis decusum refert Garz. dict. c.
 2. n. 5. & 6. & vbi non esset opus probare, quod cap-
 pellania obtemperata narrata in gratia non requirat resi-
 dentiam cum beneficia simplicia de generali consue-
 tudine residentiam personalem non postulent, & si-
 milia verba refert num. 6. in alia decisione.

Et quo ad punctum principalis questionis videndi
 sunt tex. in c. conquerente de cleric. non resident. in
 Trident. fefs. 6. de refor. c. 2. Syluest. Nauar. & alij
 innumeri, quos recensent, & probant Garz. d. cap. 2.
 num. 180. cum sequent. vbi varias decisiones cumulat
 Vasqu. d. c. 4. de benefic. §. 2. art. 2. dub. 1. num. 176. &
 sequente. Azor. dict. lib. 7. c. 4. quæst. 2. Reginal. dict.
 tract. 3. num. 49. Sædem quoque in Trident. fefs. 24.
 de reformat. c. 12. fefs. lib. 2. de iust. & iur. cap. 34.
 ibi, & pluries alijs recentiores, itaque habens digni-
 tatem, cui est annexa animarum cura exterior, vt
 visitare, corrigere, & sic de alijs spectantibus ad iurif-
 dictionem, citra tamen administrationem sacramen-
 torum tenentur residere, vt possint modo congruo
 munus suum adimplere.

RESOLVT. CCCCIV.

- 1 Patriarchæ omnes, primates, Metropolitani, tenentur
residere.
- 2 Item procedit in omni dignitate Ecclesiastica, officio, vel
personatu.
- 3 Habentes canonicatum, vel præbendam tenentur re-
sidere.
- 4 Rectores curam animarum habentes tenentur etiam re-
sidere.
- 5 Idem est de iure communi in habente beneficia simpli-
cia.
- 6 De communi consuetudine nemo tenetur residere extra
Ecclesiam Cathedralē.
- 7 Consuetudo, quæ est Ecclesiis onerosa non valet.

A residentia nemo excusatur regulariter, nisi in casibus
a iure expressis.

1 Patriarchæ omnes, Primates, Metropolitani, &
Episcopi tenentur residentiam facere in eorum
prælaturis, vt dicunt maiori ex parte illi, quos supra
allegauimus, & nouissime tantum per Concil. Trid.
fefs. 6. cap. 1. de reformat.

Amplia primo habere locum in omni dignitate,
2 Ecclesiastica, officio, & personatu. cum dignitas sit ad-
ministratio rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione
Panorm. in c. de multa n. 21. de præbend. personatus
verò est sine iurisdictione prærogatiua quædam ha-
bere in choro honorificum stallum, & officium sit ad-
ministratio Ecclesiasticarum rerum sine iurisdictione,
vt dicit Alphonsus Hoieda de benefic. compatib. &
incompatibil. par. 1. cap. 7. num. 1. & idcirco omnia
præfata exigunt residentiam tex. in cap. ad hæc, vbi
Panorm. & Philipp. Dec. n. 30. extra de rescript.

3 Amplia secundo, quod omnes tenentes canonica-
tum, & præbendam in Ecclesia Cathedrali, vel col-
legiata tenentur residere Abb. Panorm. in cap. per-
uenit de appellat. arg. cap. inter quartum extra de
cler. non residentibus Concil. Trident. fefs. 23. cap. 2.
incip. cum præcepto de reformat. & fefs. 24. cap. 12.
incip. cum dignitates Martin. Nauar. in summa, cap.
21. num. 155.

Amplia tertio, habere locum etiam in rectoribus
quibuscunque curam animarum habentibus, vt &
4 ipsi ad residentiam teneatur capitul. 3. de clericis non
residentibus capit. extripandæ §. qui verò, vbi Pa-
norm. de Præbend. & habetur in dict. Concil. Trident.
dict. fefs. 23. cap. 1. de reformat. & ponit Alfons. Hoie-
da de benefic. compatib. & incompatib. parte 2. cap.
17. num. 21.

5 Amplia quarto, de iure communi etiam quæ-
libet beneficia simplicia requirere residentiam etiam
si exigua sint cap. quia nonnulli de clericis non resi-
dentibus cap. præterea de præbend. Innocent. Ho-
stien. Ioan. Andr. & Panorm. in cap. final. de clericis
non resident. Ioan. de Selua in tractat. de benefic. par-
te 4. quæstione prima, Benedict. Capr. in regul. 90.
num. 109.

Limita non procedere ea communi consuetudine,
6 quia extra Ecclesias Cathedrales, seu collegiatas be-
neficia residentiam personalem non requirunt, vt di-
cit Alfons. Hoieda de benefic. compatib. & incom-
patibil. lib. 1. cap. 17. numer. 26. Stephan. Gratian. in
decisione Marchie 155. numero 2.

7 Declara supradictam consuetudinem non valere
vti Ecclesijs onerosam, vt tenet Archidiacon. in capi-
tulo sacerdotibus 31. distinct. quem sequitur Ioan.
de Lignan. in capitul. cum omnes de consuet. vbi etiam
Hostienf.

RESOLVT. CCCCIV.

- 1 Pestis tempore prælatus tenetur residere etiam cum peri-
culo sue vitæ, vt patet num. 2.
- 3 Licet prælato deferere locum ob furorem tyranni, vel
Turcarum.
- 4 Rector pestis tempore tenetur ministrare sub pena pec-
cati mortalis.

An Pestis excuset prælatum a residentia.

Pestis tempore prælatus non tenetur residentiam
facere ex Ioanne de Imola in capitulo final. de
cleric. non resid. voluit Franciscus Marcus in decisio-
ne Delphinal. 520. num. 12. 13. volum. 1. Tabiena in §.
Episcop. numero quinto, Maiolus de irregularitate
libro secundo, cap. 20. num. 3.

1 Contrarium tenuit Ripa in tractatu pestis titul. de
priuilegijs contractuum causa pestis numer. 147. cum
tribus sequentibus. Sed multi Theologi Canonistæ,
ac legistæ in hac quæstione satis obscure loquuntur, &
ideo ex illis aliquas faciam breues limitationes ex
quib. quæstio erit resoluta.

2 Limitatur primo, pro salute animæ proximi te-
netur Episcopus, siue rector etiam cum sue vitæ peri-
culo residere, & non discedere a loco pestifero,
ponunt exemplum de puero ne moriatur sine ba-
ptismo ex pluribus locis Sanctus Thom. de Aquino
libro tertio, cent. distinct. 24. articulo ultimo Ar-
mill. in §. Episcop. numero quarto, & ex Alexand. de
Ales in summa parte tertia, quæst. 189. membro 3.
versicul. ad primum fortificat nouissime Rutilius
Benzonus de fuga pestis libro 1. quæst. 1. disputa-
tion. 1. vbi dicit procedere quo ad extremam neces-
sitatem spiritualem, quando vita proximi perit, sine
rectoris auxilio nullumque habet remedium, & de-
clarat

clarat necessitatem spirituale. Et præsertim cum sit ob pestem, quis in periculo vitæ, ob correctionis fraternæ necessitatem quando aliud tempus non expectatur etiam cum propriæ vitæ periculo obligatur ex Dino Augustin. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 9. & Caietano in 2. 2. quæstio. 73. articulo 4. D. Thom. 2. 2. quæstione vigesima sexta, articulo 5. & sentit Maiolus in dict. lib. 2. cap. 20. n. 3.

Limitatur secundo, quod si relinqueret prælatus, & rector substitutum, qui sui loco deferret, posset loco pestifero aufugere, vt videntur sentire omnes, vt ex formatione quæstionis dicit Ripa in loco allegato n. 147. Imol. in c. fin. de cleric. non resid. & ex Abulenfi refert idem Benzon. in loco allegato, & habetur in cap. extirpandæ §. quia verò de præb.

Limitatur tertio licere prælato, ac rectori deferere locum ob furorem tyranni, vel Turcharum, sic est illud Christi Matthæi cap. 2. dum fugit in Ægyptum, & discipulorum Christi, qui ob Iudeorum metum ipsum reliquerunt, & similia.

- 4 Limitatur quarto debere rectorem cum effectu ministrare peste infectis sub pena mortalis peccati non solum non aufugere Nauar. in summa Confessariorum capitulo vigesimo quarto, numero vndecimo, cap. 2. num. 133. ex Maior. Gabriele Toletto, & alijs refert Benzon. in loco allegato.

Limitatur quinto, quod si ministrorum causa Ecclesia defectum pateretur, & si rector esset absens deberet venire, vt scribit Marc. in decif. Delphin. §. 20. n. 13. vol. 1.

PRAXIS RESIGNATIONIS.

RESOLVT. CCCCVI.

- 1 Beneficium non potest resignari sine licentia, & auctoritate superioris.
- 2 Beneficium renunciatum non vacat, si acceptatio non sit acceptata à superiore.
- 3 Renunciatus beneficio, dicitur habere titulum, & ius, donec à superiore acceptata sit renunciatio.
- 4 Renunciatus officio, non perdidit illud, donec superior admittat renunciationem.
- 5 Quando renunciatio fuit præsentata superiori, potest renunciatus penitere, donec admittatur, & non perditur possessio, nec proprietates.
- 6 Emphyteuta potest recedere contractu nullo ante traditam alteri possessionem.
- 7 Actus resolutus non meretur amplius nomen actus.
- 8 Renocato actus, censentur renocati omnes effectus ab eo venientes.

Beneficium an dicatur vacare per resignationem prælato illam non acceptante.

- 1 Beneficium non potest renunciari sine licentia, & auctoritate superioris secundum Bartol. in leg. fin. Cod. de defensoribus ciuitatum glos. in cap. 2. de restit. in integ. Lapus allegat. 14. num. 7. Ant. Gam. decif. 128. num. 1. Nauar. conf. 2. numero 3. & 7. & conf. 5. numero 1. de renunciati. Menoch. de recuper. posses. remed. 1. num. 277. ex c. admonet cap. quod in dubijs de renunciatione & in c. nisi cum pridem eodem tit. Couar. lib. 1. variarum cap. 5. n. 6. Ioan. Gutierrez conf. 42. n. 3. Rebuff. in cap. decernimus 16. quæst. 7. vers. sed contra, & in repet. cap. pastoralis vers. notetis etiam de causa posses. & propriet. & respons. 36. vers. 3. & versicul. non oblat. Ioan. Andr. quæst. mercuriali 38. numero tertio, additio ad Bellameram decisione 220. numero primo, Herculan. de attentatis capitulo 6. numero 6. Fuscus Aloys. Ricc. Prax. Pars III.

de visitatione lib. 1. cap. 28. numero 11. & seq. & lib. secundo cap. 10. numero 19. Nauar. in cap. accepta de restit. spoliat. in solutione oppositionis 7. numer. 28. in tantum, quod si renunciatio fiat abique licentia superioris beneficium non vacat etiam quo ad renunciantem, donec renunciatio per superiorem, aut Episcopum admittatur, vt notat Abb. in c. ad aures colum. pen. numero 7. de his quæ vi Cardinal. in capit. quod de dubijs proxime allegato Abb. in capit. quod Dei timorem numero 4. de statu regularium.

Ioan. Gutierrez, vbi proxime numero 4. Ioan. Vinc. de Anna allegat. 98. numero 4. dicens renunciationem beneficii non tenere, præiatio non acceptante ex cap. admonet de renunciati. Seraphin. decif. 803. numero 2. & decif. 1471. numero 6. Couar. dicto numero 6. dicens renunciantem beneficio Ecclesiastico, post renunciationem verum habere titulum, & ius in beneficio, donec renunciatio per superiorem fuerit admittita, vt notat Innocent. Butr. & Henric. in dict. cap. quod in dubijs Alberic. in regul. quod in initio ff. de regul. iur. Ioan. Andr. in cap. ratum numero 1. eodem tit. in sexto Rota antiquior. 3. de renunciatione Cassador. decif. 2. eod. tit. Felyn. in cap. in nostra Corollar. 34. num. 31. de rescript. Azpil. quæta in cap. accepta de restit. spoliat. opposit. 6. illat. 5. par. 3. numero 1. Molineus in regula Cancellariæ de infirmis resignat. in princ. numero 2. & sequen. Rebuff. ibidem eisdem numeris glos. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quæst. numero 154. & ita si spoliatur renunciatus venit restituendus vt confer Abb. in cap. 2. numero 10. versicul. hoc enim dictum de restit. spoliat. Menoch. dict. remed. 1. num. 303. tanquam verus possessor, cui etiam quo ad possessorium non oblat renunciatio talis, vt per doctores in cap. sollicite de restitutione spoliat. Nicolaus Millis in repertorio verbo renunciatio Celsus Hugo confil. 43. & numero 4. & confil. 78. numero 2. Ioan. Gutierrez, vbi proxime num. 1. Similiter renunciatus officium non perdit illud quousque superior admittat, qui officium cõferre potest, vt ex traditis per Rebuffum in prax. par. 1. tit. de resignat. expressa numero 14. & cap. admonet ibi, te in consilio dimittere, & in cap. fin. de renunciati. tradit Ludovic. Roman. singular. 352. an tabellio, & probat l. 5. tit. 4. libro 47. recopilat. vbi Azcuedo hoc notat idem in rubrica numero 5. eodem tit. quorum rationem Paul. Fusc. deducit dict. numer. 11. ex allegato cap. admonet, quod eo ipso, quod clericus acceptauit beneficium vilius est per quasi contractum se obligare ad administrationem illius beneficii argum. cap. nisi cum pridem §. verum eodem tit. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiis numero 42. circa medium de constitut. ita fit, vt neque officium publicum etiam saculare priuata renunciatione quis à se possit abdicare iuxta ea quæ in Legato Cæsaris, & ciuitatis defensore tradit text. in l. legatus ff. de officio Præsidis, & in l. final. C. de defensoribus ciuitatum Bartol. in leg. prim. v. C. de petitionibus bonorum sub lib. 10. Celsus Hugo dict. consilio 43. n. 4. Paul. Fusc. dict. n. 11.

5 Immo etiam quando renunciatio fuit superiori præsentata, potest renunciatus penitere antequam admissio fiat, vt resoluit Nauarra communem dicens in cap. accept. posit. 7. numero 28. de restit. spoliat. Burfat. consilio 393. numero 3. volum. 4. Flamin. Paris. libro primo, de resignat. benefic. quæst. 12. numero 12. & 13. dicentes posse continuare suam possessionem, & sine nouo titulo administrare, quia res remansit integra, & renunciatus superiore non admitte nihil perdit, neque proprietatem, neque possessionem Innocent. in cap. quod in dubijs de renunciatione Abb. in cap. ultimo eod. titulo Nicol. Milis in repertorio verbo renunciatio numero 6. Gas

R 3 gas